

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio Theologica De Adventu Regis Sionaei Hierosolymis Instituto, Ex Matth. c. XXI. v. 1 - 17

**Pfaff, Johann Christoph
Neuffer, Martin Ludwig**

Tubingae, 1718

[urn:nbn:de:bsz:31-130393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130393)



60 A 2691,1

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

657/23

DISPUTATIO THEOLOGICA

32 = 10

DE

ADVENTURE REGIS
SIONÆI HIEROSOLY-
MIS INSTITUTO,

Ex Matth. c. XXI. v. 1 - 17.

Quam

ΣΥΝΘΕΣΙΣ

AC

PRAESIDE,

JOH. CHRISTOPHORO
PFAFFIO,

SS. Theol. Doctore & Professore Publ. Ord.
Ecclesiæ Tubingensis Decano, ac Ill. Stipend.

Theol. Superattendente,

Domino, Mecenate ac Patrono suo humillime Devenerando,
ad disputandum proponit

L. Hque C.

Die *octobr. MDCCXVIII.*

Respondens,

M. MART. LUD. NEUFFER, Jelsing.
SS. Theol. Stud. & Vicar. in Eccles. patriâ.

TUBINGÆ,

Literis JOH. CUNRADI REISII.

(1718)

DRUMONT'S THEOLOGICAL

ADVENTURE

BY THE AUTHOR

OF THE

ADVENTURE

OF

PRINCE

JOHN CHRISTOPHER

OF

BY THE AUTHOR

OF THE

ADVENTURE

OF

ADVENTURE

OF

ADVENTURE

20



Cap. Matth. XXI.

ŷ. 1.



PT cum appropinquasset, conf. Luc. XIX. v. 37. Hierosolymis speluncæ latronum ŷ. 13. & venisset Bethphage in ficetum s: locum a. ^{D. 18} grossis, uti Ligfoto Chorograph. in Matth. c. xxxvii. f. m: 199 a. videtur, ita dictum, conf. infra ŷ. 8. 19. 20. & ad olivetum s: ad montem qui mox à Christi agoniâ Matth. XXVI. 30. & ascensione Marc. XVI. 19. inclaruit, olivarum, quæ & pacis symbolum & misericordiæ, tunc ex summa inde gratiâ misit ad adducenda duo jumenta discipulos quoque & in hoc negotio collegas duos, probabiliter Petrum & Johannem, qui eò mittebantur & Luc. XXII. 8. Sic Adventum quoque spiritualem Princeps pacis instituit 1. gratiose appropinquando, v. pf. XXXIV. CXLV. 3. Jer. XXIII. 33. Ap. III. 20. 2. fructus gratiæ cumulando, pacem sc. ac misericordiam, conf. Cant. II. - 10. - 13. V. 1. VI. 1. Jes. XXXII. 17. LIV. 8. 10. Zach. III. 10. 3. Ministros mittendo, pastores & doctores Eph. IV. 11. cum baculo legis & evangelii, Zach. XI. 3. clave sc. ligante & solvente Joh. XX. 23. ut & cum utroque sacramento, de quo I. Joh. V. 6.

A

2. Di-

2.

Dicens eis, verbum Dei est medium conversionis, Act. XI. 14. Ite conf. Matth. VIII. 9. X. 5. in vilem vicum nomine Bethaniam, Luc. XIX. 29. Deus respicit & humilia, pl. CXIII. 6. CXXXVIII. 6. qui contra vos est, mittimur passim in adversa, Jer. I. 17. 18. 19. Matth. X. 16. & statim in ingressu Marc. XI. 3. Luc. XIX. 30. inveniatis asinam alligatam, cujus usus aptior paci, conf. 1. Reg. I. 44. uti bello equi, Job. XXXIX. 19. 20. & pullum cum ea, Marcus & Lucas solum pullum memorant, cui nemo haecenus infederit, Matthæus verò & matrem addit, implementum ostensurus prophetiæ, Zach: IX. 9. solvite ligatos, conf. Luc. XIII. 15. & adducite non adduxit ipse ex Galilæa, ne arte ac fraude impleturus vaticinium Zachariæ videretur, usus potius jumento in vicina comparituro. mihi Principi pacis. Ministerium nostrum est 1. dignissimum ob divinam missionem. Jer. XXIII. 21. Matth. IX. 38. X. 5. Joh. XX. 21. Eb. V. 4. 2. arduum, ob objectorum, extensionem. Asinus animalibus olim annumerabatur immundis, sic & nobis res cum immundis. Job: XIV. 4. Eph. V. 3. Jac. V. 8. Pullus cum asinâ fuit adductus, sic Ministerium, circa omnem & sexum & ætatem est occupatum. Job. XI. 12. 1. Tim. V. 1. 2. 1. Joh. II. 13. 17. Juxta Origenem Asina ludæorum figura fuit, pullus Gentilium, conf. 1. Cor. I. 20. 21. & 29. 3. operosum, partim in Absolutione Jes. XLI. 23. Matth. XVI. 19. Joh. XX. 23. partim in conversione Jes. XXX. 21. LX. 11. Pl. XLV. 16. Luc. XIV. 21. 2. Cor XI. 2. Ex. XXIII. 4. occupatum.

3.

Occupat Christus tacitam discipulorum objectionem: Siquis vobis dixerit aliquid e. g: Cur hoc facitis? Marc. XI.

3. &

3. & quare solvitis? Luc. XIX. 31. dicite: nam Ministrorum Dei est dicere verbum Domini, Jer. II. 7. 2. Cor. IV. 5. Dominus, non jubentur dicere: *Dominus vester*, multò minus: *Dominus noster*; sed absolute & simpliciter in ipsa exinanitione Dominus, sc. omnium hominum ac jumentorum Ps. L. 10. 12. Mich. IV. 13. Joh. XIII. 13. Rom. XIV. 9. opus habet non coactus sed pro spontaneo infimæ exinanitionis statu, Matth. VIII. 20. 2. Cor. VIII. 9. iis ad exigui temporis usum, uti multis adhuc rebus habet opus, in suis quippe membris. Matth. XXV. 35. 40. & confestim citra ullam moram & difficultatem, conf. ps. CX. 3. dimittet eos, ^{ad} huc. Marc. XI. 3. Intelligit ita non dominum asinorum, sed semetipsum Christus, ad negotium quippe discipulos animaturus à facili, qui cætera in primo statim Adventu medioque exinanitionis statu comparuit ut Dominus 1. omniscius, qui & fortuita & sub conditione futura determinare scit. 1. Sam. XXIII. 11. 12. Ps. XCIV. 11. CXXXIX. 2. 17. Joh. II. 24. 25. XXI. 17. 2. omnipotens, cui omnia confestim parent & ad nutum. Ps. XXXIII. 9. 3. flexanimus. Ex. III. 21. ps. XXI. 1. Luc. XXII. 11. 12.

4.

Hoc autem totum factum est non improvise casu sed ut impleretur, nec tamen τὸ ἴνα finem dicit sed potiùs eventum, finem enim si respicias, res (e. g. eclipsis) non tam evenit, quia prædicta est, quam prædicitur, quod eventura est ac impletur dictum, τὸ ἵνα idem sæpe est ἀσ τὸ ἵνα τὸν. Matth. XI. 13. 23. XIII. 14. 15. XV. 7. per Prophetam dicentem Jesaiam LXII 11. ubi ista habentur verba: Dicite filiæ Sion: Ecce Salvator tuus venit; maximè vero Zachariam IX. 9.

A 2

ubi

ubi sequuntur reliqua. Unde si non omnia, saltem quæ maxime ad rem erant, Evangelistæ descriperunt, mutatis aliquot verbis, manente sensu, supponentes, de Christo illa agere loca, quod etiam magno consensu multi agnoscunt Judæi tam Veteres, Elieser c. XXXI. Sanedrim cap. XI. quam recentiores, Saadias, Gaon, Abarbanel, &c. Quod alii Judæorum locum Zachariæ modo ad Efram, modo ad Nehemiam, modo ad Mardochæum, modo ad Sorobabel, ut Hugo Grotius, modo ad Iudam Maccabæum trahunt, coactum est ac ineptum. Nullus enim illorum rex fuit, nedum à mari ad mare dominatus, nemo illorum, ita ut Christus, pauper fuit pullove mutuatio inter júbila publica in urbem sanctam vectus. Unus tantum propheta in singulari ponitur, vel ex quo pars allegati dicti præcipua, vel per enallagen numeri, vel ob summam utriusque prophetæ Jesaïæ ac Zachariæ harmoniam, quapropter prophetis omnibus os tribuitur modo unum. Luc. I. 70. Solus itaque Christus est promissus Messias, quod hic dispalescit ex ipsius factis, Matth. I. 22. II. 15. 23. VIII. Joh. XIX. 30. 2. prophetarum dictis. Luc. V. 21. XXIV. 44. Joh. XV. 25. XVIII. Act. X. 43. 3. dictorum complementis. Matth. XXVI. 54. XXVII. 9. 35. Marc. XV. 28.

5.

Dicite, injunctum ita est præconium, Jesh. XXXV. 4. Jer. XXVI. 2. Ez. II. P. XXII. 21. Mich. VI. 8. v. 61. verbi ceu vehiculi, quo Deus ad nos venit, Cant. II. 8. Joh. XIV. 23. Ap. III. 20. Filia Sion, i. e. Ecclesie universæ tum N. tum V. Testamenti, pl. IX. 15. Zeph. III. 14. Zach. II. 14. conf. Dorsch. Theol. Zach. I. p. 15. 16. Ecce, Ecce est asteriscus Spiritus S. maxime deus dicitur rei præsentis. Gen. XXIX. 6. XXXVII. 19. Jesh. XL. 9. 10. Joh. I. 20. XIX. 5. Act. I. 10. nec non index rei summe admirandæ. Jesh. VII. 14. Matth. III. 16. 17. XXVII. 51. XXVIII. 2. & quid mirabilis tam vili tanti Regis habitu? Rex tuus tibi Sioni pridem præ-

prædictus. Pf. II. 6. cx. 2. Jer. XXIII. 5. Ez. XXXVII. 24. Hof. III. 5. Luc. I. 33. Joh. XIX. 19. venit ceu ἐρχόμενος is, & optatissimus, Gen. II. 10. pf. XIV. 10. XL. 8. Jes. XL. 3. 10. Mich. V. 2. Hag. II. 7. Mal. III. 1. per incarnationem I. Joh. IV. 2. 3. redemptionem Jes. LIX. 20. LXIII. 1. Math. XX. 28. vocationem ac conversionem. Math. IX. 13. I. Joh. V. 20. tibi non sibi natus passusque Pf. LXIX. 5. Jes. IX. 6. LIII. 4. 5. 2. Cor. V. 21. En gratiam ejus prævenientem, quâ nos ad ipsum venire obligatos prævertit. Ap. III. 20. mansuetus erga rebelles cives. conf. Jes. XLII. 3. 4. 5. Matth. XII. 19. 20. & sedens ceu princeps pacis, Jes. IX. 6. potior Salomone, Matth. XII. 42. super non equum bello aptiorem, Zach. IX. 10. Job XXXIX. 22. 28. pf. CXLVII. 10. pl. XXI. 31. sed asinam, quale jumentum post tot equos ex Ægypto in terram sanctam à Salomone adductos I. R. IV. 26. X. 26. 28. 29. omninò vilescerat, & sive alternatim sive successively super pul- lum, quo populus Israel longe erat stupidior, Jes. I. 3. asinæ Gen. XLIX. II. E. Messias dudum venit fuitque ipse Christus. Hunn. T. II. f. 664. & 989. Gesl. IV. p. 92. & 357.

6.

Euntes autem in vicum sine ulla tergiversatione & exceptione, cum reponere facile potuissent, usum jumenti adedò immundi haud fore decorum, quin imò nec necessarium, concessum vero ejus sine pretio esse dubium, discipuli memores sui muneris, conf. Matth. VIII. 9. fecerunt, imperata Dei faciendâ magis sunt quam scrupulose examinanda. Luc. V. v. 5. Gal. I. 16. sicut præcepit eis Jesus i. e. jumenta in via alligata solverunt, factique ratione ipsorum Dominis redditâ ad Christum adduxerunt. Marc. XI. 6. Luc. XIX. 35. Non sufficit

A 3

ex.

exequi quæ Deus præcepit sed in modo quoque divinitus præscripto obsequentem esse oportet, conf. 1. Sam. xv. 9, 22.

7.

Et adduxerunt Discipuli, sine quorum operâ jumenta Dominus & habere & conscendere facile potuisset, illorum tamen officio usus ac obsequio indicare voluit, sibi & in collectione Ecclesiæ ex Judæis ac Gentilibus allubescere Ministros, 1. Cor. iii. 5. 9. asinam & pullum solius tantum pulli mentionem quidem faciunt Marcus xi. 4. 7. 8. & Luc. xix. 33. 35. sed unius inclusio non est alterius exclusio. Uti Matthæus & c. viii. 28. mentionem cæcorum facit duorum, de quorum numero tamen duali dubitat nemo, etsi cæci tantum unius meminerint pariter Marcus v. 2. & Lucas viii. 27. & imposuerunt semel tantum & ex peculiari Spiritus S. instinctu, quo Pontificiorum crebræ ceremoniæ plane carent, super eos ephippiorum loco stragularumque pretiosorum vestimenta sua exteriora uti & pallia principes pedibus Jehu supposuerunt, 2. Reg. ix. 13. Minister fidelis pro gloria Domini vestes & omnia ponere haud dubitat. Matth. xix. 27. 29. atque non semetipsum, quod minus decuisset, Coh. x. 7. sed potius ipsum Dominum, hunc enim extollere oportet, non semetipsum ps. cxv. 1. Matth. iii. 14. 2. Cor. iv. 5. super illa vestimenta & per consequens & super jumenta, asinam sc. ac pone & pullum. Christus verò uti primum asinæ insedit, post demum & pullo, sic sub obsequium Christi primum judæi missi sunt, post demum Gentiles. Act. iii. 46. Rom. xi. 12. 25. 26. collocarunt. Sic impetio Christi & ratio est subjuganda. 2. Cor. x. 5. Nec hæc peculiarem faciunt cultum.

8.

Plurima autem discipulorum Domino vestimenta sub-

ste

sternentium ꝑ. 7. exemplo illecta turba ex instinctu Spiritus
 S. Christum ex Bethania sequuta straverant vestimenta
 etiam sua. Quanto olim honore non nisi Reges atque Sum-
 mates excipiebantur. Plutarchus de Catone Uticensi: *Finito*
tempore provinciã abeuntem non votis, ut fieri solet, sed lachrymis
& insatiabili amplexu milites prosequiebantur, sternentes vestes per
ea loca, quibus ipse pedibus iturus erat. Recentius exemplum ad-
 dit Mart: de Roã: *Anno superiore, inquit, ineunti Galliam Legato*
summi Pontificis matrona nobiles obviam effusa velamina & pepla
aliaque ornamenta pedibus subjecere, perinde atque Christi vicarium
exciperent, eo certe honoris genere, quo Christum ipsum Hierosoly-
mam ingredientem cives persecuti sunt. lib. I. Singular: p: m: 144.
 in viã ex oliveto Hierosolymam ducente conf. ps. LXVIII. 5.
 Jes. XI. 3. alii verò cadebant ramos de arboribus uti
 alias in festo & scenopegiã facere consueverant. conf. Lev. XXII.
 40. Neh. VIII. 15. 16. ps. CXVIII. 27. I. Macc. XIII. 51. 2. Macc. X.
 7. Joh. XII. 13. Hoc Theophylactus in Marc. XI. 8. in hos po-
 tissimum convertit usus: *Sternamus & nos viam vita nostra de-*
putantes & cedentes ab arboribus ramos hoc est, sanctorum vitas
imitemur; arbores enim sunt sancti, à quibus ramos secant, qui il-
lorum imitantur virtutes. & straverunt in via. Hoc *φύλο-*
βολίας Græcis dictæ honore excipi in urbibus olim Reges con-
 sueverunt e. g. Commodus Romæ & Alexandriæ Antoninus
 Caracalla, apud Herodianum lib. I. c. 7. & IV. c. 8. p. m:
 21. & 197. Quin & Persæ vias myrto constraverunt in honorem
 Xerxis, apud Herodotum lib. VII. c. 54. VIII. c. 99. f: m: 404.
 464. nec non floribus in Alexandriæ honorem, apud Q. Cur-
 tium lib. V. c. 1. p: m: 264. Quid itaque *φύλοβολίας* hæc aliud
 docet, quam Christum ab hoc populo fuisse pro Rege agnitum
 atque exceptum? Rectè etiam vetus Pœta:

Her-

*Perque viam ut Regi velamina purpurata
Arboreasque solo frondes & olentia ferta
Sub pedibus stravere, Deum omnes voce fatentes.*

Et ad gentes idem dixerat Sedulius:

*Dicite gentiles populi, cui gloria Regi
Talis in orbe fuit, cui palmis comta, vel unquam
Frondebis arboreis, laudem caelestibus hymnis
Obvia turba dedit.*

Quod verò ex reliquo Adventantis apparatu nihil regii splendorisque mundani nihil diluxit, Rex non nisi spiritualis erat ominandus, quo & Chrysoftomus: *Non vides in circuitu ejus splendentes gladios aut cetera ornamenta terribilium armorum, sed quid? ramos frondentes, testimonia pietatis, venit ergo mansuetus, non ut propter potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudinem amaretur.* Homil. xxxvii. in Matth. Cæterum quod turba vestes & ramos pedibus asini calcandos objecerit, id ex eo negatur à Ligfoto, quia hoc FORSAN equitantem prostravisset; in Hor: Ebr: f: h: l: f: m, 349. b. Sed viri docti tantum conjectura est, æque enim dixerim: Forsan frondes sparsæ quidem sunt, nec tamen adeò spisse accumulatae in via, hæc alias non tam ornata fuisset quam obsepta, instar illius, Thren: iii. 9. Hof. ii. 6.

9.

Porro turbæ Hierosolymis ad pascha congregatae & isthinc obviam factæ Regi Sionæo Joh. xii. 12. quæ præcedebant & quæ sequebantur, Gregor: Homil. xvii. in Ezech: *Præcessit Judaicus populus, secutus est Gentilis, hi sunt duo populi portantes in vecte botrum uvæ de terrâ promissâ, Num. XIII. 24.* clamabant lætæ, conf. ps. cxiii. 7. ut in festo alias tabernaculorum, Lev. xxiii. 40. ac triumphis 2. Macc. x. 7. dicentes inter alia, Marc. xi. 9. 10. Luc. xix. 30. Hofanna succur-

curre quæso. ps. cxviii. 25. vid. Tarnov in Joh. p. 869. & Casaub. Ex. x. p. 394. Filio David Regi Sionæo, olim *vivat Rex* acclamabatur Regibus, e. g. Davidi i. Sam. x. 24. Salomoni i. Reg. i. 34. cont. Dan. V. 10. vi. 6. Apud Ælianum lib. i. c. 32. p. m: 54. Artaxerxem subditorum quis ita saluravit: *O Rex regnes in aeternum*; & Alexandrum M. Artabazus: *O Rex perpetua felicitate floreas* apud Q. Curtium lib. vi. c. 5. p. m. 362. Benedictus cui omnis laus debetur ac benedictio, conf. Gen. xii. 3. xiv. 19. xxiv. 31. ps. cxviii. 26. Luc. i. 68. Act. iii. 26. Eph. i. 3. qui venit ceu ὁ ἐρχόμενος Luc. vii. 19. Joh. i. 15. in nomine Domini adeoque non ἀνίσταται Luc. xiii. 35. Joh. v. 43. viii. 42. Hofanna in excelsis i. e. salva(nos) qui es in excelsis. conf. ps. cxliiii. 1. Luc. II. 14. xix. 38.

10.

Et cum in habitu tali, talique cum pompâ introiisset Hierosolymam Rex pacis pauper & mansuetus Zach. ix. 9. in eum nihilominus Matth. x. 34. commota est & percussa tam inexpectato novi regis adventu **Universa Civitas** quæ æque nunciata novi Regis nativitate fuerat turbata. Matth. ii. 3. dicens vel invidiæ cestro vel seditionis formidine percita: **Quis est hic?** homo novus? conf. ps. iv. 7. Marc. i. 27. Act. xvii. 18. & pauper? conf. Syr. xiii. 21.

11.

Uti responsum ps. xxiv. 8. 10. ita interrogationem sequitur & h. l. responsum: **Populi autem illi oculati** modo ex mortuis resuscitati Lazari testes & inde cum Christo urbem sanctam ingressi nec non Hofianna modulati Joh. xii. 17. 18. dicebant non obstante Judæorum furore Joh. ix. 22. **Hic quem ceu Regem nostrum excipimus est una Iesus s. salvator**

B

Luc.

Luc. II. 21. Matth. xxvii. 27. & Propheta ille Magnus Devt. xviii. 15. Luc. vii. 16. xxiv. 19. Joh. vi. 14. vii. 40. Act. iii. 22. vii. 37. de Nazareth Matth. ii. 23. Galilææ Joh. i. 47. vii. 41. 52. Confessio Christi est necessaria. Matth. x. 22. xvi. 16. Rom. x. 10. i. Pet. iii. 15.

12.

Et Rex Sionis intravit Jesus non in regiam Davidis sed ante omnia in templum Dei juxta Hag. ii. 8. Mal. iii. 2. ut appareret Regnum ipsius non esse mundanum Joh. xviii. 36. sed spirituale, regique non ferro sed verbo e Zion ps. vi. 7. L. 2. cx. 2. & ejiciebat ceu summus Zelota ps. lxxix. 10. conf. Num. xxv. 8. i. Macc. ii. 25. Quod opus plane heroicum & Hieronymus extollit sequentibus: *Plerique arbitrantur, maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus est, quod cæcus ex utero lumen accepit, quod ad Jordanem vox audita est Patris, quod transfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphantis. Mibi inter omnia signa qua fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod unus homo & eo tempore contemtibilis & in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & phariseis contra se savientibus & videntibus lucra destrui, potuerit, ad unius flagelli verbera, tantam ejicere multitudinem mensasque subvertere & cathedras confringere, & alia facere, qua infinitus non fecisset exercitus, igne enim quiddam atque sydereum radiabat in oculis ejus, & Divinitatis Majestas lucebat in facie.* Tom: ix. fol: 62. a. omnes non tantum vendentes uti Joh. ii. 15. sed etiam ementes peregrinos maxime ac profelytos, quos ter quotannis Hierosolymas ascendere oportuit, Ex. xxiii. 17. nec tamen vacuis comparere in templo licuit. Devt. xvi. 16. Cum itaque boves, oves, agni, columbæ &c. per longinqua adduci itinera ægrè potuerint, in urbe sancta ad sacrificia illos emere præstitit, Devt. xiv. 25 26. Ef. vii. 17. Modo

non

non contigisset in domo Dei in templo Nec valet consequen-
tia Bellarmini lib. III. c. 21. d. Laic. T. II. f. 549. E templo
Christus ejecit sceneratores E. & hæreticos tollere licet è vitâ.
Nedum expressa hîc mentio sit flagri, quali si Christus & h. i.
usus, petiisset potissimum boves, sed quid hoc pro ferro face-
ret stringendo in homines? & mensas numulariorum
varias usuras exercentium conf. Luc. XIX. 23. & cathedras
vendentium pauperculis sc. puerperis, conf. Lev. XII. 6. 8.
XV. 29. Luc. II. 24. columbas evertit, Perperam hoc ab //
Anabaptistis torquetur in negotiatores, ac si mercatura res ef- //
set in se mala, hîc enim pulsi illi sunt ex causâ longe alia se- //
quenti demum versu adducta, quod commercium frequenta- //
runt in domo Dei, res etiam in se indifferens in vitium verti- //
tur, si loco sit minus competenti. i. Cor. VIII. 10. v. Osiand. //
Enchir. Anab. p: 259. Balduin C. C. p. 710.

13.

Et dicit eis veram tam severæ rejectionis causam, Scrip-
tum est in duobus prophetis Domus mea Cujus v. domus
fuit templum Hierosolymitanum, is est verus Deus Jes. LVI.
7. Atque fuit Christi, h. i. conf: Hag. II. 8. Mal. III. 2. Joh. II.
16. X. 30. XVI. 15. Luc. II. 49. Eb. III. 6. E. domus oratio-
nis quâ voce synecdochicè totus cultus innuitur divinus. Gen:
XXII. 5. Joh. IV. 12. Act. III. 1. XVI. 13. vocabitur i. e. erit.
Luc. XIX. 46. Bellarminus hoc loco templorum extruccionem
pro precibus quoque privatis urget T. II. d. Cult: Sanct: lib. III.
C. IV. f: m: 839. Nec non Stapletonus hinc elicit, *in templo sanc-*
tius & efficacius orari. Part. I. Promp. Cathol: p. 224. Verum e-
nim vero de adoratione in tabernaculo & templo Salomonis
fideles V. T. expressa acceperant & præcepta & promissa. Ex.

B 2

XX.

XX. 24. Deut. XII. 1. 1. Reg. VIII. 29. IX. 4. Econtrario in N. T. certo ejusmodi loco nostræ preces non amplius adstrictæ sunt. Matth. VI. 6. XVIII. 19. Joh. IV. 21. 1. Tim. II. 6. G. Bailius quidem in Catech. Tract. II. Quæst. 27. *vult, de nova etiam legis hîc agi templis; At Jesuitæ sic de suo templo sequentia quoque capiant: Vos fecistis speluncam latronum.* Denique nec scopus Christi h. l. est, vel usum templorum vel efficaciam precum à loci sanctitate probare, sed tantum sanctitatē templi Hierosolymitani à profanatione sceneratorum vindicare. In primis illius repurgatione tantum dehortatione usus est: *Nolite facere domū Patris mei domū negotiationis.* Joh. II. 17. nunc lenitatis illius contemtores durius increpat ex Jer. VII. 11. **Vos autē fecistis eam speluncam latronum** vestrâ sc. in peregrinos fratresque egenos immisericordiâ. conf. 1. Joh. III. 15. nec non offendiculis aliis, peccatisque mortalibus queis vita & proximi extinguuntur spiritualis. Joh. X. 8, ps. XIV. 4. X. 8, En typum nundinarum hodie Antichristianarum.

14.

Et in locum expulsorum Trapezitarum ac numulariorum accesserunt *προεχουσι* non notat semper *venire per se* sed quandoque & *alienâ ope adduci* Matth. IX. 28. Act: XXVIII. 9. ad eum Solem justitiæ qui quo propior occasui, eo splendidiore spargebat radios, cæci & claudi, & miraculosè y. 15. ut illi *τηλαυγας* videre Marc. VIII. 25. hi vero *ἀνεμποδιστως* exilire & ambulare potuerint. Act. III. 8. sanavit eos. Ita Christus templum quod sceneratores sceleribus suis profanarant, operibus piis consecravit, queis etiam gloriam secundi templi gloriâ primi reddidit illustriorem Hag. II. 9. seque Messiam Jes: XXXV. 4. 5. promissum præstitit,

15.

Cum vidissent autem testes oculati Principes Sa-
cerdotum ἀρχιερέων recensentur plures & Matth. II. 4. XX.
18. XXVI. 7. 14. 47. 59. qui fuerunt XXIV. capita familiarum //
sacerdotalium. I. Par. XXIV. 29. 2. Par. XXXVI. 14. Neh. XI. XII. //
mirabilia quæ fecerat, sceleratorum expulsionem, cæco-
rum claudorumque restitutionem &c. & pueros pusillum
gregem. Luc. XII. 32. Urebat ita sacerdotes non tantum splen-
dor miraculorum sed & vox puerorum, qui clamantes quod
didicerant à teneris, in templo & exemplo Majorum ψ. 9.
dicentes; Hosanna, Male Costerus hoc à pueris in ignota pro-
latum lingua putat. Vernacula in cultu prævalet: I. Par XXIV. 8.
Filio David talis audit Messias & Matth. I. I. IX. 27. XII. 23.
XV. 22. XX. 38. sunt præ livore indignati, Summos sæpe Doc-
tores cæcitas capit, malitia ac invidia.

Et dixerunt lividi ἀρχιερέων ei Regi Sion **Audis cla-**
mores blasphemos? quid titulorum incompetentium illi pue-
ri dicunt? **Jesus** autem dixit eis: non per ἀνεπίσημοι; *Cur*
non miracula magis attenditis quam voces puerorum? sed mavult
tueri suos, ut & Matth. XXVI. 10. hinc respondet: **Utique**
audio nec culpo sed defendo ex scriptura, ad quam si os veri-
tatis toties provocat, cur non omnia etiam nos examinemus?
Nunquam vos scribæ ac legisperiti legistis in ps. VIII. 3, 4.
qui nec de Adamo, nec Davide nec Salomone, uti **Calvino**
visum, sed solo agit Messia I. Cor. XV. 27. Eph. I 22. Eb. II. 5. 6.
Quia ex ore infantum & lactentium perfecisti laudē

versio illi ævo familiarissima LXX. ita habet: κατηρησθε τὸν αἶνον; & hanc Christus est secutus. Creduli fuerunt illi lactentes, Christo alias non placuissent Rom. XIV. 23. Eb. XI. 6. Si Deus clamantes corvorum pullos exaudit, quanto magis pueros baptizatos? conf. Matth. XVIII. 6. XI. 25. Ap. XIX. 5. Rivetus quidem putat quod Christus loquatur de defensione dicti non dicentium conditione. Pronunciata fuisse bona sed multos ea sine fide dixisse. Cath. orth. T. II. Q. 36. f. m. 217. Sed quis hæc omnia credat, qui ex ore infantum hanc perfecisse laudem ipsum Deum, est persuasus? 17.

Et appropinquante vespérâ Marc. XI. 11. relictis illis Malos enim deferit Deus Jer. XII. 7. Hos. IX. 12. abiit evitaturus & affectati regni suspicionem Joh. VI. 15. & vim ante tempus. Luc. IV. 30. Joh. VIII. 59. sive quod non inveniret in urbe hospitium, foras extra corruptissimam urbem Ierusalem in vicum xv. stadiis ab illa distantem, ubi in Lazari ædibus familiare habuit hospitium, nempe in Bethaniam. Martinus Christum, ait, extra urbem egressum, unde consequens esse, scribit, λόγον extra carnem fuisse; in Menzero Antinuchetumeno p. 150. At, si Christo in Bethaniam egresso εὐλόγησθαι fuit ἀσάρευσθαι & extra carnem sc. Hierosolymis, haud (quod contra Col. II. 9.) πᾶν πλῆρωμα τῆς θεότητος carnem σωματικῆς inhabitasset i. e. ut anima alias corpus, extra hoc enim illa divertit nullibi ibique pernoctavit ἀυλίζεσθαι potius sub dio agere notat Luc. XXI. 37. quam delitescere. Proprie autem competit armenis, quæ de die in paltum emittuntur, de nocte autem asservantur in Stabulo. Inepa itaque ex h. l. Pontificiorum est consequentia: Christus ante institutionem S. Cænæ Hierosolymis factam Bethania delituit, E. consecrationem S. cænæ voce fieri submissa oportet. Christus enim eodem nec loco nec tempore delituit, quo celebravit cœnam, Sacrificulus verò eodem & tempore & loco quo consecrat, etiam mulstat, & ne sic quidem latec sed peculiaribus & ceremoniis & amictu est conspicuus. v. Chamier Panstrat: P. IV.

f: m: 159.

Fr. Edm.

St. Maria

St. Michael

St. Johannes

St. Peter

St. Paulus

St. Agathe

St. Barbara

St. Ursula

St. Katharina

St. Helena

St. Margareta

St. Verena

St. Walburga

St. Hildegard

St. Gertrud

St. Elisabeth

St. Anna

St. Margaretha

St. Barbara

St. Ursula

St. Katharina

St. Helena

St. Margareta

I, A

